

CAPUT XXI.

Qualiter possit Prælati Ecclesiastici relaxare, aut commutare iuramenta homini præstita?

SUMMARIUM.

- Qualiter Ecclesia relaxare valeat iuramenta homini præstita? numero 1.
- An solus Pontifex relaxet, cuiusque desideretur, quando in recipiente nulla est turpitudine? n. 2.
- An possint hæc iuramenta in melius commutari auctoritate propria? num. 3.
- An auctoritate Pontificia id fieri possit? n. 4.
- Quid, si id iuramentum non sit in utilitatem privatam, sed in bonum commune? n. 5.
- Quando recipiens rem iuramento promissam, tenetur illam restituere ratione metus, vel iuramenti, vel alia ratione, an possit Episcopus relaxare? Et quid si iuramentum metu extortum sit de re, ad quam iurans tenebatur? Et quid de iuramento redeundi ad carcerem iniustum? n. 6.
- Quid si metus ille sit levis? n. 7.
- An possit hæc relaxatio peti, et jurans iam in perjurium incidit non solummodo termino præfuso? n. 8.
- An possit adire iudicem Ecclesiasticum, ut compellat creditorem remittere id iuramentum? n. 9.
- An idem censendum sit quo ad relaxationem? Et alia, de iuramento solvendi amissa in ludo pecunia credita, n. 10. Et ibi, an iuramentum hoc transcat ad hæredes?
- Quando est iuramentum de non repetenda usura, aut metu extorta, an adiacet repetitioni locus sit? n. 11.
- Quid, si iuramentum sit de non denunciando Ecclesiam? n. 12.
- An in redimendum vitam licet id jurare, aut gratis donare latroni? n. 13.
- Quid, si iuramentum sit de non petenda relaxatione? n. 14.
- Cavendum est, ne hæc relaxatio in religionis Christianæ contemptum cedat, n. 15.
- An hæc iuramenta possint commutari per bullam, aut privilegia concedentia votorum, & iuramentorum commutationem? numero 16.
- An ratione doli possit Episcopus iuramentum homini præstitum relaxare? n. 17.
- Quando solet hæc relaxatio concedi? n. 18.
- An in contractibus gratuitis detur ratione læsionis etiam enormissima? n. 19.
- An ante iuramenti relaxationem possit agi ad rescissionem contractus, aut supplementum pretii? n. 20.
- Quid, si in his eventibus iuraverit se non petiturum relaxationem? numero 21.
- An ratione enormissimæ læsionis rescindatur contractus, aliter volente pretium supplere? n. 22.
- An ante iuramenti abolitionem ad effectum agendi, tollatur omnino iuramentum vinculum? n. 23.
- An in obligatiis conceptis in forma camera detur hæc relaxatio ad effectum agendi? n. 24.
- An possit Episcopus relaxare, quando iuramentum est perniciosum exemplo? n. 25.
- An ratione ingratitudinis donatarii possit Episcopus relaxare iuramentum non revocandum donationis ex hoc causa? n. 26.
- An concessio hæc relaxatio, quæ sit dubium inter Doctores, an sit concedenda? n. 27.
- An ad iuramenti relaxationem sit citanda pars? n. 28.
- An Index Ecclesiasticus non habens iurisdictionem quasi Episcopalem, possit hæc relaxationem concedere? n. 29.
- Quid de capitulo sede vacante, & aliis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem? n. 30.
- Quid de iudice Ecclesiastico loci, in quo intrus est contractus? numero 31.
- Quid de Vicario Episcopi? n. 32.
- An debeat esse Index Ecclesiasticus eius, qui iuravit, an eius, cui iuratum est? Responsum duplex sententia, n. 33. & 34.
- Explicatur sententia Auctoris, n. 35.
- Quid quando est relaxatio pro solo conscientis foro, vel tantum ad effectum agendi? n. 36.
- An possit hæc relaxatio peti per procuratorem, etiam dumno absente, & iurante? n. 37.

IN hoc capite de sola iudicis Ecclesiastici potestate ad relaxanda iuramenta homini præstita tractatur, & in sequenti tractandum est de iudicis secularis potestate quo ad hoc. Prima conclusio. Constat in Ecclesia esse potestatem relaxandi hæc iuramenta, quando id ad bonum commune expedit. Quod efficit Ecclesia quandoque ad punitionem eius, cui sunt præstita, propter aliquod crimen ad eo commissum. Quo pacto relaxat iuramenta, quando interveniunt fraus, metus vel injuria. Vel propter excommunicationem eius, cui iuratur. Cujus causa remittitur ab Ecclesia iuramentum fidelitatis excommunicato præstitum, c. Nos sanctorum, & cap. Juratos 15. q. 8. Quandoque autem id fit ob majus bonum commune id postulant.

Secunda conclusio. Quando nulla versatur turpitudine ex

parte recipientis iuramentum, nec tenetur rem sibi iuramento promissam restituere, consensu est omnium sententia, nullum Prælatum Ecclesiasticum præter Romanum Pontificem posse id iuramentum relaxare: idque ex causa gravissima; & alias relaxationem esse irritam. Quia per id iuramentum est jus acquisitum tertio, quod abique urgentissima causa auferri nequit: idque per supradictam in spiritualibus potestatem, cuius est id vinculum spirituale relaxare, ut bono communi consulat. Quod quidem adeo verum est, ut non solum debitum justitiæ ex promissione jurata abaltero acceptata ortum nequeat Pontifex abique urgenti causa remittere: sed nec etiam manente firma promissione possit vinculum iuramenti illam confirmantem relaxare. Ut optimè animadvertit Sotus lib. 8. de iustitia, questione 1. articulo nono, in solutione ad tertium in fine. Quippe non sola res promissa est alteri debita, sed etiam vinculum, quo iurans adstringitur solvere. Et ideo eius vinculi relaxatio cederet in alterius præjudicium.

Quare est iuramentum Deo præstitum possit in melius propria auctoritate commutari. Ut diximus cap. 19. in fine. At lectus est de iuramento homini præstito. Ratio differentia est. Quia unum pro alio invito creditore locvi nequit, l. Mutuum, ff. si certum petatur, & infirmit. Quibus modis tollatur obligatio, in principio. At Deus temper acceptum habet, quod melius est sibi reddi: non autem sic homo id acceptat. Et ideo sic fatetur Abbas c. Pervenit, el. 2. num. 2. de iurando, Angelus verbo Iuramentum 5. num. 33. Sylvest. verbo Iuramentum 4. questione vigesima, & omnes. Sunt autem cautè legendi Angelus, & Sylvest. ibidem, nam videntur hoc limitare, nisi iurans velit hæc in publicum ingressum commutare. At re vera eam limitationem adhibent folli iuramentis Deo emissis, quæ negant propria auctoritate posse in melius bonum semper commutari, præterquam in religionis ingressum ob maximum eius favorem. Et constat, quia allegant pro se Abbates loco nuper citato, qui sola iuramenta Deo præstita licet limitat. Item quia absurdum videtur dicere iuramenta alicui de daturum mille aureos, quos re vera solvendo est, posse eo debito liberari, transiendo ad religionem.

Imò nec Pontifex ipse possit ea iuramenta in melius commutare abique creditoris consensu, nisi urgente boni communis causa id specialiter. Quia fit creditoris præjudicium denegata ei re ipsa sibi debita contra eumque beneplacitum.

Quando autem iuramentum homini præstitum non est in utilitatem privatam, sed in bonum commune, nequit etiam in melius commutari abique consensu habentis curam boni communis. Ut rectè ait Sylvest. verbo Iuramentum 5. q. 6.

Tertia conclusio. Quando versatur turpitudine ex parte creditoris recipientis iuramentum, et quod iniuste recipiat: & generaliter quoties iurans patitur injuriam, ut in iuramento solvendi usuras contingit, potest Episcopus relaxare: imò licet iuramento illo metu extorto cogatur quis jurare, quod aliis implere tenebatur, potest Episcopus relaxare. Quia per id iuramentum nullum partii jus acquiritur, sed solum agitur de reverentia divino nomini servanda. Quare prælati, qui vices Dei gerit, potest eius nomine eam iuramenti obligationem relaxare. Quod latè probavi multis locis lib. 1. de matrimonio, disp. 32. n. 15. Atque idem dicendum est, quando est is, cui res iuramento promissa est tradenda, in nulla sit culpa, sed bona fide accepit: et quod inficio ipse alteri metum incussit, aut injuriam intulit extorquendo usuras, tenetur tamen rem iuramento promissam restituere. Quia adhuc iurans patitur injuriam. (Ut diximus cap. 12. numero septimo.) Quare cap. 11. in fine diximus hæc ratione, iuramentum redeundi ad carcerem iniustum posse ab Episcopo relaxari.

Et quamvis aliqui dicant, non concedi hæc relaxationem, quando metus est levis: alii verò contradicant, quos retuli lib. 4. de matr. disp. 20. n. 7. & 8. At ibi n. 9. hæc duas sententias conciliavi, ut in foro externo non concedatur relaxatio, secus autem in foro conscientie.

Quidam temperant dicentes, hæc relaxationem non posse concedi, postquam iurans in perjurium incidit, et quod transactum sit tempus, intra quod se solviturum iuravit: sed tunc cogendum esse solvere, & postea repetere poterit. Quos retuli libro 1. de matrimonio, & rejeci disp. 32. num. 16. Et proderit hæc relaxatio, ne in posterum solvere teneatur.

Quod si iurans nolit hoc remedio uti, poterit adire iudicem Ecclesiasticum, (de seculari autem iudice diximus c. sequenti,) ut compellat creditorem etiam laicum remittere hoc iuramentum. Ut probavi lib. 1. de matrim. disp. 32. num. 18.

An verò iuramentum solvendi amissa in ludo pecunia credita in hoc regno Castellæ possit per Episcopum relaxari, & impleratur momentanea solutio, statim pecunias solutas repetendo, satis scrupulose locutus sum libro 1. de matrimonio, disp. 32. numero 25. hæc omnia proflus negans, nisi quando id iuramentum metu extortum esset: vel iurantis mens fuerit solum se adstringere ad non decedendum lucranti traditionem eo pacto, quo lex sibi concecit. At cum tot Doctores teneant, id iuramentum posse ab Episcopo relaxari, implerique ea momentanea solutio, quos retuli

retuli eadem disputatione 32. numero 24. Existimo satis probabiliter id dici posse, sustinendo lucrantem hæc pecunia crediti teneri in hoc regno pecuniam illam sibi solutam restituere. Quod dixi esse satis probabile lib. 1. disputatione 31. numero 1. Nec obstat hæc turpitudine solum iure humano in recipiente reperiri: cum tamen requiratur ut iure naturali sit. (Ut cum aliis probavimus ea disputatione 32. numero 13.) Nam reme humanam, five naturalem sit. Cum tamen probabilis sit lucrantem non teneri restituere eam pecuniam. (Ut diximus ea disputatione 32. numero 2.) Probabilis quoque est, non posse Episcopum id iuramentum relaxare, nec impleri momentanea solutio, nisi in duplici casu nunc relato: prout sustinuit ea disputatione 32. numero vigesimoquinto. Et sustinendo hæc probabiliter sententiam, ut id iuramentum relaxari queat, ac subinde contractum non confirmet: ea iuramenti obligatio defuncto iurante antea liberationem non transibit alioquo pacto ad eius hæredes, sed liber prius erunt a solutione. Iuxta ea, quæ diximus hoc lib. tertio, cap. decimotercio, numero 5.

Si tamen in his eventibus iuramentum fit de non repetenda pecunia illa per metum, ut usuras extorta, aut in eo ludo soluta, non potest solutum repeti ante iuramenti huius relaxationem: at potest ea concedi. Ut probavi lib. 1. de matrimonio, disp. 32. n. 7.

Quod si iuramentum illi latroni per metum præstitum, aut per injuriam ab usurario extortum, sit quoque de non denunciando Ecclesiam, gravis est inter Doctores controversia, num id iuramentum obliget. Quidam enim censent id iuramentum non obligare. Nam contra bonum publicum est hac denuntiatione abstinere. Ita docent D. Thom. 2. 2. q. 89. art. 7. ad 3. & ibi Cajetan. dubio ultimo, circa solutionem ad 3. Item D. Thom. 3. disp. 39. q. 1. articulo 1. quæstionem 2. corpore: & 4. d. 29. q. 1. articulo 2. ad 4. Abulensis cap. 5. Matth. quest. 306. ad finem & quest. 260. paulo ante solutionem ad 1. Angelus verbo Iuramentum 5. num. 12. Sylvest. Iuramentum 4. quest. 41. & Iuramentum 5. quest. 14. Armilla verbo Iuramentum, num. 10. Valentia verbo Jurare, quest. 10. num. 11. Barbosa, l. Alia 15. §. Eligenter, nu. 33. ff. solut. matrim. Emmanuel Sa Summa, verbo usura, in fine, Petrus de Ledesma 2. tom. summa tractatu 11. cap. 3. dubio 4. in fine. Sed ita diluendum est. Si casus occurreret, sub precepto obligans iuratum ad denunciandum: quia verbi gratia, latro ille nefarius esset, ut id ad bonum commune expediat: tale iuramentum non obligat, quod fit contra publicum bonum. Similiter non obligat, si ille interrogetur iudicè. Et in his duobus casibus tenet verum prædicta sententia. Si autem sit casus, in quo non tenetur denunciare, & juravit se non denunciaturum quantum in se est, & sua sponte, iuramentum obligat, dum non fuerit iudicè rogatus. Quia est iuramentum homini præstitum, potestque abique peccato impleri. Ergo obligat iuxta regulam traditam c. 9. n. 17. Et ita docent Sotus libro 8. de iustitia, quæstione prima art. 7. ad 8. in 3. numero, Aragon. 2. 2. q. 89. art. 7. circa solutionem ad 3. in fine. Manuel, 1. tom. summa, in 2. editione c. 192. n. 2.

Potest autem hic ad tuendam vitam jurare latroni se gratis donare, quamvis hæc donatio non excuset a restitutione. Ita docet Sotus ibi. Sed non explicat, quales hoc iuramentum sit verum: cum ille non gratis, sed metu cogtus donet. At potest dici id iuramentum esse verum in hoc sensu, id est, quantum est ex parte mea, volo transire in te dominium instar gratis donantium: & habendo eum animum jurati verum. Vel potest intelligere intra se, gratis dono, id est, nulla re accepta pretio digna. Nam redemptio illa iniuste vexationis non est pretio digna ex parte latronis vexantis. Rursum Sotus ibidem, & Manuel ibi negant, licitum esse huic jurare, se non denunciaturum, quod iudicè rogetur: quamvis id vitandæ mortis gratia iuret. At contrarium dicendum est. Quippe cum vitæ periculo nemo tenetur iudicè iudicè alius roganti respondere.

Si verò sit iuramentum de non petenda huius iuramenti relaxatione, quidam dicunt id iuramentum non esse validum: et quod bonos meros evartet. Ita Covarr. de pactis 2. part. §. 3. num. 3. veris. Efficit autem, Azor, lib. 11. institutionum moralium, cap. septimo, quest. 6. Subdit autem Covarr. ut tutius res agatur, potest posse prius iuramenti huius priorioris relaxationem, utpote metu extorti, & deinde prioris. Quod ego non tantum rursus, sed etiam necessarium existimo. Quia cum abique peccato possit iurans ille non petere relaxationem, & sic iuramentum homini præstitum, obligabit utique. Ut in simili diximus numero decimo secundo, in fine, & amplius dicemus lib. sequenti, tractantes de simili voto.

Cavendum tamen maxime est, ne horum iuramentorum relaxatio in religionis Christianæ contemptum cedat. Ut si captivus iurasset infidelibus, apud quos iniuste detinebatur, se in sua redemptionis pretium daturum cis mille aureos, non esset relaxandum id iuramentum propter scandalum, & ne nomen Dei blasphemetur apud illos. Ita Cajetan. 2. 2. quest. 89. articulo 7. dubio primo, quod movet circa solutionem ad 3. versum. Ad secundam autem confirmationem: & ibi Aragon. folio 1078. column. 2. conclusio ultima, Sotus lib. octavo de iust. quest. 1. articulo 7. ad 3. in fine, Valentia 2. 2. disputatione sexta, quæstione septima, puncto 4. column. 8. versum. Movet autem, Manuel 1. tom. summa, in 2. editione c. 92. num. 9. Et idem Summa Th. Sanchez, Pars II.

ait optimè Sotus ibi dicendum, si captivus ille iurasset se illic rediturum: redeundum enim illi esset cum mortis periculo, ob eandem religionis Christianæ contemptum vitandi rationem.

Utrum autem omnia hæc iuramenta possint similiter commutari per bullam cruciatam, & privilegia religiosorum concedentia votorum commutationem. De hoc ego lib. 1. de matrim. disp. 32. num. 17. & retuli Doctores affirmantes. Contrarium tamen ibi tenui, & nunc animo teneo: admitti tamen ibi, & nunc admitto posse ea commutari, vel laxari per diplomata, si forte concedat relaxationem, aut commutationem iuramenti abique tertii præiudicio.

Quarta conclusio. Potest etiam Episcopus iuramenti homini præstiti relaxationem concedere ratione doli incidentis in contractum. Nam quando dolo causam contractus substantiæ, utpote qui eo secluso non iniretur, iuramentum non indigere relaxatione diximus cap. 11. numero 1. Ut si quis in pretio rei emptæ cum iuramento non contraveniendi decipiat. Quæ constat ex dicendis numero sequenti.

Quando autem talis deceptio contingat in contractibus, ut possit Episcopus relaxare, ultra Doctores allegandos, videndi sunt Caldas l. Si curatorum, verbo Lesio a num. 1. c. de integ. res. Zavallos in suis quæstionibus, præfatis, quæstione 604. Et breviter se distinguendum est. Aut enim contrahens est maior, aut minor: & fit minor, aut pubes, aut impubes. Si fit minor, & impubes, doli tamen capax, quantumvis proximus pubertati sit, eius contractus non confirmatur iuramento, quamvis iuramentum obligabit, indigebitque relaxatione. Ut iuxta probabiliorum sententiam defendimus lib. 6. de matrim. disp. 38. num. 16. & 17. ubi etiam probavimus ratione ætatis imperfectæ concedendam esse ab Episcopo relaxationem. Si verò sit minor, pubes tamen, & iuret contractum, ratione iuramenti efficitur maior, & valet omnino contractus, aurb. Sacramenta puberum, G. Si advers. vendit. Sed si enormiter lædatur, nempe, ultra dimidium iusti pretii, potest ab Episcopo petere relaxationem iuramenti, & sic agere ad contractus rescissionem, aut iusti pretii supplementum. Quia per id iuramentum visus est dolum ætatis defectum supplere, non autem renuntiare beneficio textus in lib. 2. c. de res. vendit. Et ita docent multi, quos referunt, & sequuntur Covarr. de pactis 3. part. §. quarto, num. sexto, Molina lib. 2. de primogen. cap. tertio, num. 21. Padilla ea l. 2. num. 33. Gutierrez de param. 1. part. cap. 26. num. 8. Matienzo lib. 5. receptat. titulo 11. lib. 1. Glosa 8. numero 50. Imò licet, ubi minor simpliciter iuravit contractum, exigatur absolutio à iuramento ad agendum ratione dicte enormis læsionis: at si tantum iuravit se non contraveniturum ratione minoris ætatis, non eget absolutioe ad agendum ratione enormis læsionis. Quia heic beneficio non renuntiavit. Ita Covarr. eodem num. sexto in fine quarta conclusio, Matienzo eadem gloss. 8. num. 51. Quod si minor expressè iuravit, se etiam ratione læsionis non contraveniturum: vel iuravit nec ratione minoris ætatis, nec alia ratione contraveniturum, tunc non potest agere contra contractum, nec danda erit absolutio à iuramento ratione dicte enormis læsionis, sed tamen ratione enormissimæ. Ut de maiori contrahente statim dicemus. Ita multi, quos referunt, & sequuntur Covarr. eo num. 6. Padilla num. 33. Molina num. 21. & triplici sequenti, Gutier. num. octavo, Matienzo num. 50. Quod si contrahens sit maior, nequit agere, nec ad eum effectum potest à iuramento absolvi, si tamen sit enormiter læsus, nempe, ultra iusti pretii dimidium, vel paulo plus: sed desideratur enormissima læsio. Sic multos referentes, Covarr. eodem §. 4. num. 4. & 5. Padilla num. 32. Molina, numer. 18. Gutier. num. 7. Et Gratius, Antonius Gabrielque, quos referunt ibi Molina num. 19. censent hæc enormissimam læsionem esse, quæ est ultra triplum, vel quadruplum iusti pretii. Ac bitro relinquendum. Atque referunt Covarr. lib. 2. variat. c. 4. num. 5. ex Cassiodoro hæc enormissimam læsionem fuisse iudicatam Romæ, in pretorio Rotæ, cum res iusto pretio valens bis mille, & trecentos aureos, solis mille fuisset vendita, & se vidisset in regio Granatensis pretorio in prima, & secunda supplicationis instantia decem esse hæc læsionem, cum domus, quæ valebat ter mille, & quingentis aureis, vendita fuisset mille, & quingentis aureis. Quod maxime equitate niti aiant Covarr. ibi & Padilla eadem l. 2. numero quadragesimo tertio.

Est tamen circa hoc observandum primò, in contractibus gratuitis non posse minorem iuramentum allegare læsionem etiam enormissimam, ut iuramenti relaxationem obtineat: sed ea locum habet in contractibus reciprocis, ubi intervenit do ut des, vel facio ut facias. Quia donator clarè intelligit se læsum in tota quantitate, & sciens vult id beneficium in alium conferre. Et ita docent Mithachia libro 2. controvers. usu frequentium, c. 13. n. 6. Molina lib. 1. de primogen. c. 3. num. 30.

Secundo observandum est, in casu, in quo est necessaria iuramenti relaxatio, non posse ante illam agi ad rescissionem contractus, nec etiam ad iusti pretii supplementum. Quia cum contractus eo pretio initus fuerit, agere ad supplementum pretii est contravenire contractui, & subinde iuramento. Sic contra aliquos teneat alios referentes Covarr.

de p. 3. p. 54. n. 8. Guter. de juram. l. p. 266. n. 6. Marienzo l. 5. tit. 11. l. 1. gloss. 8. n. 51. Padilla l. 2. m. 32. C. de regim. studii.

21 Tertio observandum est, si minor ille, vel major iurasset quoque in contractu se non petitorum iuramentum relaxationem, postea ratione laesione explicata n. 8. petere prius huius iuramenti relaxationem, & deinde alterius iuramenti. Ut diximus in simili n. 14. & latius dicemus in loco, ad quem ibi nos remittimus.

22 Quarto observandum est, rescissionem contractus faciendam ratione enormis, aut enormissimae laesione, intelligi, nisi alter velit nullam rei estimationem supplere. Sic tenet & probat Covarr. eod. §. 4. n. 7. concl. 11. Et videtur tenere Gregorius Ep. l. finali tit. ult. in par. 6.

23 Quinto observandum est, data hac iuramenti relaxatione ad effectum agendi, si in plenario iudicio pronuntietur, contractum esse validum: tenei iuramentum vinculo. Illius prioris iuramenti ad contractum relaxatum. Si vero in plenario iudicio declaratur contractum esse nullum, aut usurarium, potest absque nova iuramenti abolutione contravenire contractui. Quia prius absolutio ad effectum agendi concessa hunc sensum habet, ut integram iuranti sit liberè contractui convenire, ac censetur omnino a iuramento liber, si probaverit contractum illius militiam. Ita Paulus, quem refert, ac sequitur Covarr. eod. §. 4. n. 6.

24 Demum observandum est, in Romania curia ex stylo figuratur non concedi abolutionem ad effectum agendi iuramento praestito in obligationibus conceptis in forma caeterae apostolicae. Ita Stapilius, quem refert, & sequitur Covarr. eod. n. 6.

25 Quinta conclusio. Potest quoque Episcopus relaxare iuramentum, quoties est perniciosum exemplo: est possit licite servari. Sic allegato Ancharrus docet Felinus r. 1. n. 16. de iuram. l. p. 2. n. 23. de sponsal.

26 Sexta conclusio. Potest quoque Episcopus in pecunia ingratiudinis donatarii, relaxare iuramentum a donatore praestitum de non revocatione ratione ingratitudinis. Quia donatarii seipsum indignum reddidit, cui iuramentum observetur. Ita docent Molina tom. 1. de iust. disp. 281. col. 8. vers. final. Dubium ulterius est, in fine. & alii, quos refert Gutierrez, de iuram. l. p. 110. n. 6. Quamvis ipse cum alius contrarium ibi teneat.

27 Limitant autem quidam praedicta, ut in dictis casibus possit Episcopus relaxare iuramentum, ut intelligatur quando conditio inter Doctores eam concedendam esse: scilicet ubi est probabile dubium ob diversis opinionibus. Ita Innocentius, & alii, quos refert Felinus c. 1. n. 17. de iurand. Sed iuxta opinio esse n. 18. allegatis Speculatore, Abbate, & aliis, tenet contrarium; atque ita approbatum esse usu: & mutat sententiam, quam huiusmodi tenent cap. 2. n. 24. de sponsal. ubi haec limitationem approbat. Non tamen approbo, quod ait Emmanuel Sa. Summa, verbo Iuramentum, numer. 32. nempe, posse Episcopum relaxare iuramentum, si est dubium, an sit extortum vi, dolo, aut metu. Quia cum regulariter nequeat Episcopus in iuramentis homini praestitis dispensare: solum sibi concedatur ratione doli, aut metus: quando haec dubia sunt, praesumptio erit in favorem eius, qui praestitum est iuramentum, utpote qui ius possidet; ut si desistat servetur. Item quia cum conditio de reservatione iuramenti homini praestiti, & dubia sit concessio facta Episcopo in hoc casu, ob dubium metus, vel doli, fiat praesumptio pro reservatione. Secus ubi non est dubium, sed diversitas opinionum. Quippe tunc integrum est, utramvis probabilis opinio amplecti. Quod si obiciatur, posse Episcopum dispensare, quoties est dubium, an sit votum casu sit, & sic reservatum, an tantum non nubendi: & proinde non reservatum. Respondeo disparem esse rationem, quia in hoc casu non constat de voto ex se reservato: ac proinde possessio est pro Episcopo potestate in omnibus dispensare, praeter reservata: & possessio est etiam pro vovente, qui in dubio qualitatibus voti, est ad minus obligandus. At in nostro casu constat de iuramento homini praestito, quod ex se reservatum est: dubia autem est circumstantia doli, vel metus, ob quam relaxatio conceditur Episcopo. Stat ergo possessio pro reservatione. Item quia alleganti hunc dolum, vel metum, ut iuramentum sibi ab Episcopo relaxetur, incumbit onus ea probandi, & dum non probaverit, succumbet. Dum ergo res fuerit dubia, non obtinere poterit relaxationem.

28 Demum triplex difficultas explicanda superest. Prima est, an ad praedictam iuramenti relaxationem desideretur citatio partis, nempe eius, cui iuramentum praestitum est? Et quidem quando petitur relaxatio, ut penitus tollatur obligatio ex iuramento contracta, & proinde contractus viscaneat, fatentur omnes necessarium citandam esse partem, & alius relaxationem nullius fore momenti. Quia in quovis actu parti praedictam ipsa citanda est, alias nil valet, quod agitur, l. Nam ita dicitur ff. de adoptione, l. Finali C. de legat. 2. docent omnes Auctores statim allegandi: ac sic dicit esse indubitatum Covarr. statim referendus. Ut si quis relaxationem iuramenti metu extortum, aut solvendi iuramentum, ad eum effectum, ut a solutione rei iuramento promissae sit liber, citanda est pars. Quod tamen limito, quando ea pe-

titur pro utroque foro: at quando petitur pro utroque foro, nunquam est necessaria partis adversae citatio. Quia in eo foro de sola petenti relaxationem conscientia agitur: ac proinde in eo foro eius didici statim. Difficultas autem est, quando tantum petitur relaxatio iuramenti, ad effectum agendi, sed intendatur litis contra eum, cui praestitum est iuramentum. Ut si iuramentum sit solvendi iuramentum, vel aliquid metuetortum, & petatur relaxatio ad effectum agendi in iudicio, ut alter cogatur eam obligationem remittere, vel ad effectum excipiendi in iudicio contra petentem promissa, valde discrepant Doctores, an sit necessaria partis citatio. Multi affirmant necessariam esse. Quia et si relaxationem ad hunc effectum concessa, non perat ius creditoris in causa principali, incurrit tamen magnum praedictum, ob iudicii expensas, ac moram solutionis. Sic latissime Felinus cap. 1. a. n. 13. de iurand. Et multi alii Doctores, quos referunt Covarr. lib. 1. variat. cap. 4. n. 5. & Rolandus conf. 2. n. 5. volum. 1. Quam sententiam amplectitur Paz in sua practica, in 2. tomo i. praedicta n. 38. limitans, nisi a Nuntio Apostolico relaxatio haec peteretur. Cuius limitationis rationem nullam video. Et quamvis haec sententia sit valde probabilis, probabilior est opposita alicui non desiderari partis citationem. Quia in eo iudicio summam tractatur de causa abolutionis tantum, & sic modicum praedictum alteri contingit. Cum virtus est iuramento contracti accedens, salva & in violata maneat, etiam praestita tali abolutione. Item quia tunc non agitur directè de partis praedictum, sed de excludendo iurantis perjurio, intenditur litem, aut in eo excipiendo. Tandem quia contra dictio partis non potest impedire eam relaxationem, utpote quae petitur ex causa iure permessa. Alias in eius potestate esset beneficium iuris alteri concessum autem: contra regulam, de regul. iuris, in 6. Si ergo altera parte iuranti est concedenda haec relaxatio: multo magis ea ab altera. Atque non citata, regula, qui potest iuranti ff. de regul. iuris. Atque ita haec sententiam sustinent dicentes esse, praxi receptam multi, quos referunt, & sequuntur Covarr. in num. 5. Rolandus num. 6. Burjarus conf. 72. n. 25. volum. 1. Mandolus addit ad Lapan, allegatione 10. verb. Procedere, & verbo Absolvere in fine.

29 Secunda difficultas est, quis iudex Ecclesiasticus possit relaxare iuramenta in casibus dictis? Quia in re dicendum est, nullum inferiorem Episcopo non habentem jurisdictionem quasi Episcopalem posse relaxare huiusmodi iuramenta. Sicut nullus talis potest in votis dispensare. Ita Abbas c. Quanto, num. 8. de iurand. Azor, lib. 1. inf. moral. c. 9. quest. 8.

30 Quare potest id capitulum sede vacante, & alii praetati habentes jurisdictionem quasi Episcopalem. Sicut omnes hos posse in votis dispensare, dicimus lib. sequenti, tractantes de voti dispensatione. Et docet Felin. cap. 1. n. 20. de iurand.

31 Potest etiam iudex Ecclesiasticus loci, in quo iustus est contractus. Quia ratione contractus foriuntur contraheutes in eo loco forum, cap. fin. de foro compet. & iudex contractus est etiam iudex diffinitus. Ita allegatis Inpa, Antonio, & Romano, docet Fel. eo c. finali n. 24. vers. ultimum in isto subdit. Quod quidem intelligitur, quando ea relaxatio petitur pro foro externo; secus quando pro solo conscientiae foro. Quia ratione loci contractus, aut delicti non foriuntur, sed in loco contractus, sed in loco domicili. Cum ergo contraheutes non sint illi iudici subiecti, nisi ratione contractus, non poterit relaxationem pro solo conscientiae foro petitam concedere: sed solum eam, quae in foro iudiciali concedenda est, praemissa iuramentaria causae informatione, quando non est opus partis citatione: aut citatione partis praemissa; quando ea desideratur iuxta dicta numero vigesimo octavo.

32 Potest quoque vicarius generalis Episcopi haec iuramenta relaxare. Quia habet cognitionem causarum, cap. 2. de offic. vicarii, in 6. Sed causa non potest decidi abique iuramenti relaxatione. Poterit ergo vicarius hoc facere tamquam accessorium ad causam agitam coram eo, c. Cum propterea, & cap. Prudenteriam de offic. deleg. Ita Baldus c. 1. in initio, de iurand. & ibi Alex. de Novo num. 29. Quod quidem est etiam verum de quocumque vicario generali habente jurisdictionem quasi Episcopalem. Quippe eadem prolixius est ratio. Sed haec limitanda sunt eo modo, quo limitavimus n. praeced. quando enim vicarius Episcopi non est iudex illius contractus legitimus, aut petitur relaxatio pro solo conscientiae foro, non poterit relaxare. Quia solum potest tamquam quid accessorium iudicio illius contractus. Nec enim in generali vicariatus commissio potestas dispensandi clauditur. Ut probavi lib. secundo de matrimonio, disput. 40. numero decimo secundo. Quare solum id poterit, si commissio ab Episcopo ad id habeat.

33 At specialis difficultas in eo consistit, quis praetator relaxare valeat haec iuramenta, num ipsas iurantis, an eius cui iuramentum praestitum, quando diversa diocesis sunt? Quidam sentiunt hoc pertinere ad solum eius, cui iuratum est, praetator. Sic Cardinalis cap. 1. n. 1. vers. Quare in eo, de iurand. Molina tom. 1. de iust. disp. 111. column. 2. & disput. 149. column. 6. in fine, & sequenti. Idque probat Molina, quia iudex relaxat id iuramentum condonando obligationem ex eo ortam loco sui subditi, & gerens vices illius, cui

iuratum est, ut sic suo nomine condonet. Ergo debet necessario habere jurisdictionem in eum, cui iuramentum praestitum est.

34 Alii vero censent hoc incumbere praetato ipsius iurantis, est extraneo sit praestitum iuramentum, & contractus in loco extraneo celebratus sit. Ducuntur, quia is, cui relaxatur iuramentum, subditi huius praetato, & tantum agitur de tollendo ligamine sibi subditi, nec aliquid disponitur circa personam absentis, nec aliquid ab eo petitur. Ita docent, Lopus allegatione 10. n. 5. Calberinus conf. 6. de iurand. & conf. 1. de offic. ep. lin. Abbas c. Si quis contra clericum, in lectura num. 3. & in repetitione num. 3. de foro compet. Franciscus Arceinus, Sotinus, Decilio Neapolitana Capituli, quos refert, & sequitur, Mandolfus in addition, ad dictam allegationem 10. Lapi, verbo Absolvere.

35 Ad optime quaestionem hanc diluit Felinus cap. fin. num. 24. vers. Adde in terminis, de foro compet. & cap. 1. num. penultimus, de iurand. sic distinguens. Quando ad hanc relationem non desideratur citatio partis, est vera sententia relata num. praeced. Idque solum probat eius ratio. Quando autem desideratur citatio partis, tunc si extraneus ille est in eodem loco iurantis, poterit Episcopus iurantis: sed si est absens, minime, sed Episcopus eius, cui iuratum est. Quia citari nequit non subditi extra territorium, l. Extra territorium ff. de iust. omni. Iudic. Nec obicit ratio in contrarium in numer. 33. adducta, Quia, ut dicimus cap. sequenti, condonare obligationem nomine partis, qualiter ipsa potest efficere praetator eius, est iuramentum: & hoc solum potest efficere praetator eius, cui est praestitum. Quod ibi explicabimus, & dicemus quid faciendum, quando iurans, & is, cui iuratur, vel alteruter, sunt in eodem loco. Sed relaxare iuramentum est, tamquam Dei vicarium remittere eam spirituales obligationem ex iuramento ortam. Quod iurisdictionem in iuramentum, cui remittitur postulat: sicut & ad dispensandum in eius votis.

36 Hinc deducitur, quoties in foro conscientiae petitur relaxatio iuramenti, eam solum posse concedi a praetato ipsius iurantis. Quia is solum habet in eo foro jurisdictionem in eum, & nulla desideratur citatio partis. Quando autem relaxatio petitur in foro externo, sed ad solum agendi effectum, tunc similiter potest eam concedere praetator iurantis, unde tuncque, & ubiqueque sit alter, cui iuratum est. Quia iuxta dicta n. 28. non exigitur citatio partis. Poterit etiam eam concedere iudex, coram quo de eo contractu agi poterit. Iuxta dicta n. 31. & 32. Quando autem agitur de relaxatione iuramenti ad effectum rescindendi omnino contractus, in quo casu diximus numero 28. exigi citationem partis, tunc cum auctor sequatur forum rei, si iudex Ecclesiasticus relaxare poterit, qui potest reum citare, & de illo contractu cognoscere.

37 Ultima difficultas est, an haec iuramenta relaxatio possit peti per procuratorem, domino absente, & ignorante? Respondeatur affirmatè, per textum in l. Labor ff. de iurand. ubi dicitur absenti, & ignorantis possit fieri iuramenti remissionem. Et docent Baldus c. 1. n. 7. de iurand. & ibi Alex. de Novo n. 30. Felinus n. 30. g. 9. Quomodo ad hoc esse verum, esse debitor qui iuravit, praetans sit, nec audeat propter iuramentum se defendere.

CAPUT XXII.

An potestas quoque civilis possit relaxare iuramenta homini praestita: habeatque potestatem impediendi vires iuramenti, antequam praestetur?

SUMMARIUM.

Potest iudex secularis cogere laicos ad remittendum iuramentum per mentum, aut iniuriam extortum, n. 1.

Principes, & lex civilis possit remittere iuramentum praestitum in materia ipsius potestati subiecta, n. 2.

Potest etiam interpretari, an sit licitum, vel quo pacto sit intelligendum, n. 3.

Iudex secularis potest cognoscere de nullitate abolutionis per Ecclesiasticum praestitae, n. 4.

Proponuntur difficultates enodandae, n. 5.

An potestas civilis possit impedire obligationem iuramenti, antequam fiat? n. 6.

An hoc faciat efficiendo, ne id iuramentum obliget? Refertur triplex sententia, n. 7. & 9. Et sententia Auctoris, n. 10.

An lex regia 11. & 12. tit. 1. lib. 4. recip. ita iuramentum in contractibus apponi prohibeat, ut illud teneat? n. 11.

In quibus contractibus id apponi interdicitur? n. 12.

An possit potestas secularis relaxare obligationem iuramenti iam praestitum? Refertur duplex sententia, n. 13. & 14.

Explicatur sententia Auctoris, n. 15.

An possit potestas secularis, & Ecclesiastica condonare obligationem iuramenti, licet possit parti, in cuius favorem est praestitum? numero 16.

Ex his, an id debeat fieri citata parte? n. 17.

An hic condonans debeat esse superior eius, qui iuravit, vel eius iuramentum praestitum est? n. 17.

An hoc sit iudicis inferioris, an solius superioris principis? numero 18.

Qui iudex hoc possit, quando iurans, & is, cui iuratur, sunt infideles, aut alteruter eorum? n. 19. Et ibi, quid, quando alteruter, vel uterque est clericus?

1 Accessunt negotium nobis leges regia 11. & 12. tit. 1. l. 4. nova recopilationis, & aliae similes irritantes quosdam contractus iuramento stabilitos. Et prius oportet proponere, quae communiter admittunt Doctores, posse potestatem saecularem circa iuramenta. Deinde disputabimus, quae specialiter in dubium vertuntur. Primum igitur integrum est iudicis saeculari cogere laicos ad condonandum iuramenti metu, aut iniuria extortum, aut quando rem promissam iuramento tenetur restituere, obligationem: quoties de hoc constat, & res, circa quod est iuramentum, pertinet alicui ad forum saeculare. Si enim ad id non pertinet, vel probabilè dubium sit de iuramenti valore, solius iudicis Ecclesiastici est haec coactio. Haec probavi l. 1. de matr. disp. 32. num. 18. vers. Potest etiam. Et praeter Auctores ibi citatos fulmineat Azvedano cap. Pratorum 2. p. c. 27. n. 15. Gutier. auct. Sacramenta puberum num. 160. C. si adversus venalit. Azor, lib. 11. inf. moral. cap. 9. g. 6. in fine.

2 Secundo princeps saecularis, & lex civilis potest remittere iuramentum homini praestitum in materia ipsius potestati subiecta. Ut in casu textus l. fin. ff. ad municip. si quis iuraverit, licet ordini non inferatur, potest princeps iuramentum remittere, si ille in magistratum ordinis, aut de curiam fuerit electus. Nam cum princeps possit quemlibet cogere ad subeundum hos magistratus ob publicam utilitatem; iuramentum in hac materia principi subiecta patitur hanc conditionem, nisi princeps aliud iusserit. Nec haec remissio est relaxatio iuramenti; sed provent ex tacita conditione in eo intellecta ratione subiectae materiae. Ita multa allegans Covarr. de pactis 1. p. §. 3. n. 11. vers. Principaliter quarto.

3 Tertio potest princeps, & lex civilis iuramentum in materia saecularis fori interpretari, an sit licitum, vel quomodo sit intelligendum. Quia habet ius interpretandi humanas dispositiones eorum, in quos habet ius condendi leges. Ita Covarr. latius probans eo §. 3. num. 8. vers. Tertium illud.

4 Quarto potest iudex saecularis cognoscere de nullitate relaxationis iuramenti per Ecclesiasticum concessae. Ita Felin. c. 1. num. 22. vers. Possit etiam saecularis, de iurand. Paz in sua pract. p. 2. praedicta 2. num. 38. Quod bene intelligit Felinus ibi, quando evidenter appareat nulla, vel iniqua. Et ita respondet ad cap. finale, de except. in 6. ubi dicitur, iudicem saecularem debere sequi sententiam iudicis Ecclesiastici. Idem docet etiam Felinus cap. 2. num. 3. de sponsal. allegans Archidiaconum.

5 Duplex autem est specialis difficultas tractanda. Prior est, an lex civilis, & princeps possint impedire obligationem iuramenti antequam praestetur? Posterior, an possint relaxare obligationem iuramenti praestitae?

6 Circa priorem difficultatem aliqui asserunt id non esse potestatis civilis. Quia iuramentum est vinculum spirituale ad religionem pertinens. Ad verum est id posse: & ita defendunt Doctores allegandi statim iustitiam legum regiarum, quas n. 1. retuli, quae disponunt iuramentum esse irritum, si apponatur in quibusdam contractibus contra iuramentum prohibitionem. Quod ea dispositio non tendat ad jurisdictionis Ecclesiasticae annulationem, eamve impediendam, sed ad defendendam jurisdictionem regiam. Nam cum propter iuramentum res devolvatur ad forum Ecclesiasticum, c. Finali de foro compet. in 6. iuste potuit princeps subditi interdicere, ne alterius superioris prorogantur jurisdictionem: multisque expensis, quae in litibus coram Ecclesiastico iudice sunt, locum darent. Ita multis allegatis tradunt, Cov. de pact. 1. p. §. 3. num. 8. & 2. p. §. 1. nu. 8. Azvedo en l. 11. a. num. 2. Azvedano cap. Prator. 2. p. cap. 27. num. 14. Valasco conf. 99. num. 3. & sequentibus tomo primo. Gutier. auct. Sacram. puberum, a. n. 46. C. si advers. vendit. Barbosa l. 1. p. 1. numero 73. 74. & 75. ff. solut. matrim. Molina tom. 1. de iust. disp. 119. column. septima, vers. Ex his colligo, & column. 8. vers. Quod ad potestates, & vers. leg. Petr. de Ledesma 2. tomo suum, tractatu 11. c. 4. dub. 2.

7 Sed adhuc inter hos Doctores est controversia, circa modum, quo lex civilis vim iuramenti antequam praestetur, impedire valeat: nempe, an tantum impediendo contractum eo iuramento confirmari: an etiam efficiendo, ne id iuramentum obliget, ac proinde nulla relaxatione opus sit, ut ei contraveniatur. Quidam asserunt, solo priori modo id posse legem civilem: ac proinde leges illas regias, & similes interdicentes iuramentum contractui apponi, efficere tantum, ne sit contractus iuramento confirmetur: ac iuramentum observandum esse, donec relaxetur. Priorem partem probant, quia vis & robur contractus humani, legi civili subiacentur. Posteriori autem, quia obligatio iuramenti est spiritualis, ac divina. Ita docet Covarr. de pact. 2. p. §. 1. num. 8. & non posse ita interdicere iuramentum, quin fit interponatur, obliget, ac relaxatione indigeat, tradit etiam Barbosa l. 1. p. 1. num. 70. & 71. ff. solut. matrim. Et retenta hac opinione dicendum est posse Episcopum relaxare haec iuramenta. Quia id potest, quando iuramentum

tem non confirmat contractum. Ut diximus cap. 14. numer. secundo.

8 Alii dicunt, eam prohibitionem solum operari posse, ne is contractus firmitatem juris civilis habeat, sed solum juris gentium, & canonici. Ita sultinet Minschaca de successione...

9 Aliis videtur utroque modo id posse efficere legem civilem: atque ita re vera efficere, quoties jurandum contra...

10 Sed his non obstantibus, existimo probabilis esse, posse principem, & legem civilem irritum reddere juramentum...

11 Et credo id efficere leges Regias allegatas n. 1. ut bene dixit Matienza num. 9. relictus, quamvis ejus rationem...

12 Id eadem monerem, non interdicti in eis legibus reijis juramentum praestari in contractibus ad sui firmitatem...

13 Posterior difficultas est, an possit potestas secularis relaxare obligationem juramenti iam praestiti? Perique censent...

14 Tandem deducitur, quando iurans solus est infidelis, is autem, cui iuratur fidelis, posse potestatem facularem...

2. tom. summ. tract. 11. ca. 2. dub. 3. Azor. lib. 11. instit. moral. c. 9. q. 6. ad finem, Manuel 1. tom. summ. in 2. editione, cap. 272. num. 9.

14 Alii dicunt tam Ecclesiasticam potestatem, quam etiam laicam hoc posse efficere, quando est inter laicos, nam...

15 Atque haec opinio satis mihi placet, non intelligendo de vera, & propria juramenti relaxatione: quam credo solius potestatis spiritualis esse: ut docent Auctores n. 13. allegati...

16 Hanc autem condonationem potest potestas sive Ecclesiastica, sive secularis facere respectu laici, cui iuramentum est praestitum...

17 Hinc deducitur, hanc condonationem non posse fieri a superiore ipsius iurantis, sed necessario faciendam esse a superiore eius, cui iuratum est...

18 Quod si quæras, an hæc condonatio iuramenti praestiti debeat fieri a supremo principem in temporalibus, vel spiritualibus? Sic distinguendum censent...

19 Tandem deducitur, quando iurans solus est infidelis, is autem, cui iuratur fidelis, posse potestatem facularem...

seculari superior ejus infidelis, cui iuratum est, potest condonationem hanc facere, solumque illa similiter id poterit, quando is solus, cui iuratum est, infidelis est...

infidelis: est autem locus, quando uterque, vel solus iurans est fidelis. Ratio est, quia relaxatio hæc debet fieri a superiore spirituali iurantis...

LIBER QUARTUS, DE VOTO. PROOEMIUM.



Ratiatus hic de voto, & valde difficilis, & valde necessarius est, eò quod passim vota emittantur, variisque modis, ac circumstantiis: & sæpè de voventium intentione, juxta quam explicanda sunt, non constet...

CAPUT I.

Quid sit votum? Et quas condiciones ad sui valorem petat? Explicaturque deliberatio, propositum, & promissio ad id petita.

SUMMARIUM.

Quid sit votum? Et quas condiciones petat? Et qualiter intelligatur, ut sit de meliori bono? n. 1. Qualis deliberatio ad votum petatur? Et an valeat votum calore iracundie, aut alia passione emissum? n. 2. Quis votum suspendere debeat, ne desit debita deliberatio? n. 3. Raro ea desit, num. 4. Num validè votum amovet in una sola materia: vel habentes lucida interstalla: vel mente capti: vel ebrii, & quando quis ibat votum emissurus, & factus ebrius, aut dormiens emiserit: vel quando novit se ebrium vota emittere: aut ex nimia iracundia, aut voventis consuetudine votum, aut iuravit inconsiderate? n. 6. An deliberatio sufficiens ob veniale, sit sit ad obligationem voti sub veniale? Referuntur quadam sententia, n. 7. Explicatur sententia Auctoris, n. 8. Quales culpa sit inconsideratè votare, Et an id sit meritum; Et quomodo sit esse culpam, & valere votum; n. 9. An sit sufficiens defectus deliberationis indicium, dolere statim de iuramento, aut voto emissis, n. 10. An sit sufficiens, si scelus in candida calore emissis non esset, n. 11. Quis censendum in dubio deliberationis ad votum, vel iuramentum petite, Referuntur duplex sententia, & improbat, n. 12. Explicatur quid dicendum, quando dubium oritur, & quid emissis sint ex animi perturbatione ob iracundiam, aut mortis timorem ex morbo, aliaque causa conjungentem, n. 13. Quis, si consurgat ex tenera voventis aetate, & ita dubium sit, an voventis habeat rationis usum, n. 14. Quis, si consurgat ex amentia, aut ebrietate voventis, dubitaturque, an tempore sanae mentis, vel lucidi intervalli emissum sit votum: vel voventis sit amens in omni materia, n. 15. Quis, si dubium sit, an quis voventis, aut iuravit, aut suspicio, aut opinio, n. 16. Et quid si hoc sit, an impleverit votum: ibid. An si in hoc dubio solent vocem eleemosynam promissam, non soluturam, si se non obligari voverit, possit compensatione usi? n. 17. Post n. 17. invento summario, qua desistantur.

1 VOTUM, ut colligitur ex D. Th. 2. 2. q. 88. art. 1. & 2. ab omnibus recepto, est promissio Deo facta de meliori bono. Cum autem hæc promissio debeat esse voluntaria, atque voluntariam deliberationem exigit; quare condiciones ad verum voti valorem desiderantur. Prima est, deliberatio. Secunda, propositum. Tertia, promissio. Quarta, ut ea promissio fiat Deo. Quinta, ut sit de meliori bono. Has docet D. Th. eod. art. 1. corpore, in fine art. 2. corpore, & art. 5. in solutione ad tertium, cui nullus contradicit. Intelligitur autem, ut sit de meliori bono, iuxta communem Doctorem, ut potest videri in Azor. lib. 11. instit. moral. c. 14. q. 10. non quasi id, quod voverit, debeat semper esse optimum, aut debeat esse solum consilii opus: sed quia maioris virtutis officium est, quod in votum cadit, quam eius contrarium. Ut si vovit quis ieiunium, aut peregrinari, aut audire sacrum in die festo, hæc sunt meliora suis contrariis. Ratio priorum conditionum est, quod votum sit quedam lex privata, quam homo sua sponte sibi imponit. Obligatio autem non oritur ex simplici proposito, sed ex promissione. Hæc autem promittendi propositum petit: quod est actus voluntatis procedens ex debita deliberatione conventientie obiecti. Ac proinde quartæ, & quintæ condiciones ea est, quod votum sit actus religionis offerentis alicui Deo: ac proinde incius cultum dirigi debet, & debet esse de re e magis grata, quam sit opposita. Nec enim acceptat Deus obligationem sibi factam rei impediens maius suum obsequium. Hæc igitur condiciones scilicet explicandæ sunt: quatuor priorum partem in hoc capite, & partim triplici sequenti. Ac circa primam conditionem, quamvis aliqui fenserint ad voti naturam exigi plenam, & maturam deliberationem, ac proinde minime sufficere eam; quæ ex iracundia calore procedit: quos retuli lib. 1. de matrim. disp. 8. n. 4. eorumdem rationes solvi nu. 11. Dicendum tamen est, sufficere, & exigi deliberationem plenam, non quæ sit diuturna, & natura, sed ut distinguitur contra motus primò primos, in quibus nulla est libertas, sed absque deliberatione res obiecta statim placet: & etiam, ut distinguitur contra motus secundò primos, in quibus est sola semiplena deliberatio, & imperfecta libertas ad solam venialem culpam sufficiens: sed exigitur ea deliberatio plena, quæ sufficiens est ad culpam lethalem contrahendam. Quare si quis ira, aut alio passione motu percussus voveat, si tanta est passio, ut rationis iudicium obtenebrat, & deliberationem ad mortale requisitum impeditur, ita ut si in eo subito motu hominem interimeret, liber esset a mortali, non valeret votum defectu deliberationis. Si autem non ita delibera-